



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institutio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Bona uitae aeternae sunt sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

bat. Iam nullam à te satiatus patiar
 egestatem. De satietate hac loquens
 D. Bernardus exclamabat. O uera &
 felix & gloriosa satietas, ò sanctum
 conuiuium, ò desiderabiles epulæ
 ubi nimirum anxietas nulla, nullum
 fastidium. Quintum erit uitæ indefi-
 cientis felicitas. Vnde dicebat. Da-
 uid; uiuent nomina eorum in secu-
 lum seculi &c. Et Bernard. Si sic ama-
 mus uitam istam labilem, & caducam,
 ubi cum tanto labore uiuimus; mul-
 to magis amare debemus æternam ui-
 tam, ubi nullum laborem sustinebi-
 mus.

Bona uitæ æternæ sunt sex.

Magna. Dicebat Petrus; Cre-
 dentes exultabitis lætitia in-
 enarrabili, &c. Et Dauid
 quoque dicebat. Quam magna mul-
 titudo dulcedinis tuæ domine; quam
 abscondisti timentibus te. Multa. Vn-
 de Paulus dicebat. Quod oculus non
 uidit, nec auris audiuit, nec in cor
 hominis ascendit, &c. Prætiosa. Iob
 inquit. Non dabitur aurum obri-
 zum, pro ea, nec appendetur argen-
 tum in commutatione eius. Et sapien-
 tia; Bonorum enim laborum prætio-

Bern.

Psal. 21

Bern.

1. Pet. 1

Psa. 30.

2. Co. 8.

Iob. 28.

Sap. 3.

Esa, 51. sus est fructus. Aeterna. Vnde Esaias
 propheta dicebat. Qui redempti e-
 runt uenient in Syon laudantes, &
 letitia sempiterna super capita eo-
 rum. Et Sanctus Augustinus ait. Tu
 denique domine aeterna nobis uita,
 gaudium, & corona eris. Idem quo-
 que. Quis alius est noster finis, nisi
 peruenire ad regnum cuius nullus
 est finis? De ijs quatuor bonis loquitur
 Beatus Bernardus dicens. Merces
 nostra magna est, multa est, pretiosa
 est, diuturna est; tam magna quod
 enarrari non potest, tam pretiosa quod
 comparari non potest, tam multa
 quod numerari non potest, tam diuturna
 quod finire non potest. Qui etiam.
Esa, 32. Vnde Esaias dicebat. Sedebit populus
 meus in pulcritudine pacis, & in
 tabernaculis fidei, & in requie op-
 pulenta. Et Augustinus. Vera pax
 ubi erit: ubi nihil aduersi, nec a se-
 ipso, nec ab aliquo patietur. Et Ber-
 nardus etiam ait. O ciuitas Regis ma-
 gni, non est timor in finibus tuis, quia
 posuit dominus fines tuos pacem, nul-
 lus inimicus intrat, nullus amicus
 exit, & nullae ibi tentationes. Secu-
 ra. In Leuit. Legitur. Dormietis, &
Leu. 26. non erit qui exterreat, &c. Absque
Deut. 12 ullo timore habitabis in terra qua
August. dominus deus &c. Vnde Augustinus
 medi-

meditando dicebat . O uita uitalis,
dulcis & amabilis , & semper memo-
rabilis, ubi non est hostis impugnans,
ubi nulla illecebra , sed summa & cer-
ta securitas , & segura tranquillitas,
& tranquilla iucunditas. Cassiodorus
etiam ait . O ciuitas cęlestis , mansio
secura, patria continens totum quod
delectat , populus sine murmure, in-
colę quieti homines , humanarum
rerum indigentiam non habentes. O
quām gloriosa dicta sunt de te ciui-
tas Dei.

Cassio.

Castitatis bona sunt tria.

Primum est , quia animam facit
mirabilis pulcritudinis . Vnde
in Sapientia legitur . O quām
pulchra est casta generatio cum claritate .
Secundum est , quia Angelis
nos assimilat . Vnde D. Bernardus di-
cit . Quid castitate decorius , quę de
homine Angelum facit differunt in-
ter se homo pudicus , & Angelus, sed
felicitate, & non uirtute: sed si Ange-
li castitas felicior , hominis tamen
fortior esse cognoscitur. Isidorus et-
iam dicebat . Nec dubium quod qui
casti perseverant , & uirgines ange-
lis dei efficiantur eęuales. Quartum

Sap. 10.

Bern.